



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus <Liberalis>

Basileae, 1568

VD16 A 2960

In librum VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70288](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70288)

in lib. πρὸ τῆς ἐπιλειπότων χρησέων.

In librum VI.

1 Quàm ut in terram utcumq; redigar.) Non enim tantum sacrae literae docent, hominem esse ex limo creatum, foreq; ut in eundem redigatur: sed & antiquissimi philosophi originem nostram eodem retulerunt. Hinc Prometheus dicitur è limo formasse hominem, de quo nullus nõ mentionem facit poëta. Et apud Homerũ Menelaus Græcis duellum contra Hectorem detrectatibus iratus, mortem eis ignobilem imprecatur his verbis,

Αλλ' ἡμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ ἢ γαῖα γένοιμε,

Vos in aquam & terrã cunctos conuertier opto.

Itaq; hæc hic tuli, neq; volui, quod poteram ad alium sensum cogitando diuertere.

2 Vide quid agant homines.) Queritur de iniquo hominum iudicio, qui cum alijs presentibus laudem meritam testimoniumq; virtutis inuideant, ipsi ab ijs quos non viderunt, laudari volunt: cum nihil inde fructus possint ferre, iam antè mortui. Facit hoc egregiè ad famam contemnendam.

3 Non indignamur.) ὅτε ἐπισημαίνουθα. In malam partem vsum vocabulo hoc, & ipse puto, & sententia testatur. Non recordor me apud vetustiores autores hoc vocabulum ita sumtum legisse. Appianus quidem Alexandrinus, haud ineruditus scriptor, eodem modo vsurpauit lib. 5. ἐμφυλίου, de milite loquens, qui ludis in subsellia equitũ ascenderat.

derat. ὁ δὲ μὲν ἐπεσον μὲν αὐτὸ, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐν στρα-
τιώταις ἀνέστησεν: Populus murmure indignitatem
rei testatus est, & Caesar militem inde abduxit.

4 Inhumanum esse videtur.) Hic locus idē,
sed paulò obscurius, videtur docere, quod Cicero ad
Lentulum de Platonis sententia his verbis monet: Id
enim iubet idem ille Plato, quem ego autorem vehe-
menter sequor: Tantum contendere in republica,
quantum probare ciuibus tuis possis: vim neq; pa-
renti, neq; patriæ afferre oportere.

5 Vide ne à præsenti statu deiectus.) In
Græco est, ὄρα μὴ ἀποκλισησῶθῃς, μὴ βαψῆς. po-
sterius est: Ne mergaris. Quid autem sit ἀποκλιση-
σῶθῃς (si, quod non iudico, Græcum est, aut omnino
non deprauatum vocabulum) nescio. Neq; vereor
ne significet, imperio aut summa rerum deponi,
ἀπὸ τῆς καίσεως. neq; enim vel etymologia hæc au-
ditu digna, vel sensus loci esset vllus. itaq; liberè mea
verba supposui.

6 Antonini discipulum.) Pij scilicet, qui
antecefferat eum in imperio.

7 Quæ vultus serenitas.) τὸ εὐόδιον τῆς ὄψε-
ως: legi εὐόδιον.

In librum VII.

1 Velitationes.) In Græco est διαδοχαισμοί.
Quod tamen vocabulum fateor me non satis intelli-
gere. ἄσπευ quidem hastam esse, vel pueri sciunt: itē,
ἀσπαρτῆς esse eius patriū casum: ut διαδοχαισμοίς

χ 4 vide